

*Unum corpus, unus Dominus, una fides, unum baptisma.*

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli ad Ephésios

4, 1-6

**F**ratres:

- <sup>1</sup> **O**bsecro vos ego vinctus in Dómino,  
ut digne ambulétis vocatióne, qua vocáti estis,
- <sup>2</sup> cum omni humilitáte et mansuetúidine,  
cum longanimitáte, supportántes ínvicem in caritáte,
- <sup>3</sup> sollíciti serváre unitátem spíritus in vínculo pacis;
- <sup>4</sup> unum corpus et unus Spíritus,  
sicut et vocáti estis in una spe vocatiónis vestræ;
- <sup>5</sup> unus Dóminus, una fides, unum baptísma;
- <sup>6</sup> unus Deus et Pater ómnium,  
qui super omnes et per ómnia et in ómnibus.

Verbum Dómini.